



1594

1594. *Handwritten text, likely a list or entry.*

1595

1595. *Handwritten text, likely a list or entry.*

1596

1596. *Handwritten text, likely a list or entry.*

1597

1597. *Handwritten text, likely a list or entry.*


1598

1598. *Handwritten text, likely a list or entry.*

1599

1599. *Handwritten text, likely a list or entry.*





1584.

1. Forsterus, Valentinus: De jurisdictione, pactis et
transactionibus.

1592.

Kircherer, Balthasar: De feriis, dilationibus et
iuris.

1595.

Hugonanus, Petrus: Miscellaneae juris controversiarum
propositiones.

1596.

Freherus, Marquardus: De constitutionum imperia-
licarum, inter caeteras juris civilis partes excel-
lentes ^{Oratio} (Ed. nova 1672).

1604.

Schrotterus, Bartholomaeus: De hypotheseorum sphaeri-
carum sive circulorum doctrina speciali. . .

1603 Henius, Simon: Oratio, qua publice in Academia
Hirsbergensi; . . . Casparis Pinceri. . . habita.

presentatum est

1605. ~~Schroterus~~ Bartholomaeus:

Thesori physicae de sensibus exterioribus.

1606.

Baumbach, Johannes Bartholomaeus: De sensibus interioribus.

1609.

Calvinus, Johannes, Fac. jur. Decanus: pro summo

in utroque jure gradu consequendo. . . . juris

controversi quaestiones. . . . discutendas propo-

nit.

1611.

Bachovius, Reinerus: De testamentis.

1616.

1. Goltspeder, Dionysius: De testamentis.

2. Hessus, Valentinus: De summa summi imperatoris

potestate, quem nos majestatem appellamus, deq. regalibus.

1652.

Chemnitz, Henricus David: De beneficiis competentiae

1653.

Chemnitz, Henricus David: Disputatio legalis de in jus

bus vocandis et edendis.

1654.

Jena, Gregorius von: De jure patronatus ecclesiastico

1655.

1. Chemnitz, Henricus David: De feloniam.

2. Chemnitz, Henricus David: De rescriptis.

1657.

1. Chemnitz, Henricus David: De venditionibus et
conditionibus in genere.

2. Chemnitz, Henricus David: De jure retractus.

1658.

1. Chemnitz, Henricus David: De sacris paternis.

2. Chrus, Henricus David : Semicenturia questionum
selectarum, ex jure divino, naturali, canonico,
civilis, feudali et publico. . .
3. Chrus, Henricus David : De jure ^{et} privilegiis
creditorum ac debitorum .
4. Chrus, Henricus David : De permutatione
5. Chrus, Henricus David : De collatione
6. Chrus, Henricus David : De emptione et venditione
7. Chrus, Henricus David : De transactionibus.
8. Chrus, Henricus David : De fidejussoribus.
9. Chrus, Henricus David : De dominii probatione
10. Chrus, Henricus David : De vectigalibus
11. Chrus, Henricus David : Thematum jurisdictionum
Decades VII .

366

1

AXIOMATA CON-
 trouersi Iuris, 1584, 1
 DE
 IURISDICTIONE,
 PACTIS ET TRANS-
 ACTIONIBVS,
 QVÆ

AUSPICE CHRISTO
 PRAESIDE CLARISSIMO
 ET CONSULTISSIMO VIRO, DN. D.
 VALENTINO FORSTERO, Iuris Antecesso-
 re celeberrimo: Academiae Heydelbergensis C.
 Professore Ordinario & Facultatis Iuridicae hoc
 tempore Decano Spectatissimo, Domino & Prae-
 ceptore suo omni obsequiorum genere co-
 lendo, pro ingenij modulo 12. Se-
 ptemb. disputando pro-
 ponet.

M. IOANNES CRVSIVS SAXO.

HEYDELBERGAE EXCVDEBAT IO-
 hannes Spies.

clō. lō. xxciv.

SPECTATAE VIR,
TVTIS, DOCTRINAE
PRVDENTIAE ET INTEGRITATIS
viris, autoritate & grauitate conspicuis Dn. Ma-
thiae & Zachariae Bottigeris fratribus Germanis,
vtroq; in Dignitatum gradibus non postre-
mis positis, cognatis suis plurimum a-
mandis & Dominis & Fautoribus
quouis pietatis & studiornm
genere colendis,

S.

DLVTARCHVS Catonem, qui Censorius dicitur
optimi cognati, Isocratis discipulos hoc maxime
nomine aliquando sugillasse scribit, quod in um-
bra. q. consenescentes causarum patrocinium apud
inferos suscipere, & demiratores perpetuos agere
praesumpsissent. Et si quidem hic Cato in plerisque censor iusto rigi-
dior habetur: si tamen infeliciter plane iura tractare putatur, qui
legum vsum ad societatis humanae commoda referre non instituit,
catoniana haec censura nulla ratione, neque iniquior, neque rigidior
existimari poterit debetue. Quare ne ab illis, quorum interest stu-
dia mea primo quoque tempore maturescere, idem in me tor-
queri queat, id tandem faciendum fuit, quod ad rerum vsum Scho-
lis & Reipub. Christi necessarium, viam mihi patefaceret & reclu-
deret. Id sane cum non nisi publicis de certis iuris sententijs concer-
tationibus & disquisitionibus, pro veritate placide eruenda institu-
tis, fieri possit, in hanc arenam omnino descendendum tandem fuit.
Quanquam nec hoc diffiteor, me haud leuius eo, qui per incidentiam
quasi quandam accedit, disputationum vsum motum esse, quod pra-
concepta

conceptæ opinionones inde vel optimè emendentur, vel firmiter stabiliantur: sed hæc hæctenus. Caterùm pro more in vniuersitatibus publicè disputantium nec infrequenti, nec illaudabili vobis, quorum verba & consilia apud me grauiora hæctenus fuere, quàm si (quod dicitur) ex tripode Apollinis profecta sciuissem, iuris hæc axiomata inscribo & nuncupo, cum quòd merita vestra, quæ in superioris temporis studia extant, fructus hosce vel potius literarij exercitij Symbolum iure quasi suo sibi vendicare videbantur: tam quòd præter animi grati significationẽ ad ea, quæ restant, consilijs vestris iuuanda quodammodò vos extimulandos duxerim. Quod sanè si fiet, (futurum autem puto) pleniore me vobis beneficio deuinctum fatebor, quàm vt gratijs sat dignis vnquam referendis par esse queam. Valete.

Vest. Excell.

ex Consobrina Nepos.

M. Ioannes Crusius

AXIOMA I.

RECTE quidem à ICto Neratio dictum esse, quæ iuris sunt finita esse: quinimò finita esse debere, in factis verò quæ consistunt interpretatione sua prudentissimos etiam fallere: nostro tamen hoc tempore iuris prudentiam suam mole rursus laborare, & infinitam magis, quàm finitam videri, certo certius est.

II.

Præterquàm enim quòd ipsi ICti legum nostrarum auctores animis sæpè dissident, ius Romanorù, quo certo & descripto utebantur, legibus Longobardorum & alijs obrui & obscurari cœpit.

III.

Prisca deinde tam Imp. Rom. virtute & prudentia, quàm antiquo more non sine consilio & prudentia magnorum ICtorum ius dicendi languescente, imperio diuilo Romæ Pontifices etiam summi, de iure consulentibus respondere cœperunt, vnde ius, quod canonicum vocant, ortum.

IV.

Cæterùm vtrumque glossis & commentarijs infinitis penè auctum, sæpius tamen hac ratione obscuratum magis, quàm explicatum & illustratum esse, dubitatione non caret.

V.

Quare ob sententiarum ipsorum ICtorum in vno & eodem tractatu varietatem, & iuris vtriusque dissonantiam non exiguam, nec non interpretum opiniones discrepan-

crepantes, verum & genuinum iuris intellectum in multis difficulter erui posse, experientia & vsus quotidianus testantur.

VI.

Hinc rebus (vt loquuntur) sic stantibus, opiniones, quas communes vocant, & in ductæ sunt, & auctoritatem maximam consecutæ.

VII.

Eatenus tamen communes huiusmodi sententias recipiendes statuimus, quatenus & iuri scripto, & æquitati consentaneæ videntur.

VIII.

Non enim authorum numero, sed paucitate rectè sententiarum veritas nititur.

IX.

Ex infinitis itaque paucas hoc tempore elegimus, easque non inusitatas, quas non sine ratione in dubium vocari posse existimamus.

X.

Sic in magna interpretum sententiarum varietate, iurisdictione vtrumque imperium venire, & ea concessa omnia, quæ latissimo eius ambitu continentur, nisi secus apparet translata videri, pro communi & veriori opinione concludimus.

XI.

Imperium merum tam ipsum, quam vtilitatem eius, præscriptionem admittere: istud quidem vel immemoriam, vel longissimi temporis: hanc verò 'principe sciente, decennalem, cum communi opinione asseueramus,

mus, superioris tamen domini recognitione salua permanente.

XII.

Non enim (quæ & ipsa est communis opinio) huiusmodi ad ipsius imperium Romanum currit præscriptio, vt sibi quis præscriptionem, ne cuiquam subfit, acquirat.

XIII.

Tam ergò legibus, quàm rationib. destitui putamus, quod Menochius & alij asseuerant, reges, principes vel ciuitates quibus Cæsar libertatem vel vendit, vel aliàs concessit, à subiectione imperiali exemptas esse.

XIV.

Porro membrorum truncationem & mutilationem pandectarum quidem iure incognitam fuisse, contra communem negamus: iure verò Iustiniano correctam & aliquo modo mitigatam esse non diffitemur.

XV.

Criminis læsæ Maiestatis reos in distinctè siue in principem, siue Remp. peccatum est, non eo perpenso, Deone ac naturæ concesserint, nec ne, tam in corpore quàm in bonis, rectè puniri contra communem itidem asseueramus.

XVI.

Magistratus municipalis & Ciuitatum defensores, ne tormentis facinorosos exponant, non omninò prohiberi, secundum communem affirmamus.

XVII.

Præterea pacta, si nuda sunt, nullo iure ferè nec obligatio-

ligationem, nec actionem parere, à communi opinione
recedentes affirmamus.

XVIII.

Quinimò huiusmodi pacta nec idè eorum natu-
ram, quæ ciuili causa subnixa sūt, induisse statuimus,
quòd consulto consilio facta probentur aut dicantur.

XIX.

Qua ratione nec pactum mercatorum, nec iudicia-
le, nec iuratum & similia actionem producere, contra in-
ueteratam sententiam astruere non dubitamus.

XX.

Vt verò pactum nudum non parit actionem : ita
quoque obligationem non tollit.

XXI.

Pactum, cui pœnalis stipulatio subiecta est, hinc non
nouari & extinguì contra communem itidem pronun-
ciamus.

XXII.

Ex pacto tandem nudo ne naturalem quidem ob-
ligationem nasci, contra omnes penè tam veteres, quàm
recentiores cum Barone & Conano affirmamus.

XXIII.

Postremò transactionem de controuersijs, quæ ex
testamenti proficiscuntur, antequam tabulæ inspician-
tur, non tantum non valere, sed huic legis dispositioni ne
pacto quidem renunciari posse, pro communi opinione
asserimus.

XXIV.

XXIV.

Ex transactione, quæ nudo pacto facta est, aliquam
vel ex canone conditionem, vel præscriptis verbis actio-
nem oriri contra communem negamus.

COROLLARIA.

I.

Pactum, quod dolo malo factum est, ipso iure non
valere, transactionem verò valere quidem, sed doli repli-
catione infirmari censemus.

II.

Moribus & ætate nostra ex nudo pacto actionem
nasci cum Connano statuimus.

III.

Legem sextam .ff. de transactionibus in pacto do-
nationis causa locum non habere asserimus.

IV.

Et si nisi admodum dubium esse videtur, ex nego-
tio cum facio ut des, actionem de dolo oriri, asserere: ver-
bis verò præscriptis non item: attamen pro affirmatiua
intrepidè concludendum iudicamus.

FINIS.

1077

ULB Halle

3


003 252 035



Sb.







A CON-
 uris, 1584, 1
 TIONE,
 TRANS-
 IBVS,
 HRISTO
 LARISSIMO
 LO VIRO, DN. D.
 RO, Iuris Antecesso-
 r Heydelbergensis C.
 cultatis Iuridicæ hoc
 mo, Domino & Præ-
 tiorum genere co-
 odulo 12. Se-
 ndo pro-
 SIVS SAXO.
 CVDEBAT IO-
 C I V.

366
 367
 1

